



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Toleti S. R. E. Cardinalis Svmma Casvvm  
Conscientiæ, Sive De Instrvctione Sacerdotvm Lib. VII**

**Toledo, Francisco de**

**Coloniæ Agrippinæ**

41. De alijs tribus speciebus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40916**

officialis facere illi tertio: nam quamvis terius de primo, tam ex natura contractus obligatur officialis & eum idem nem seruare, & socius secundo loco tenetur officiali solvire; nec excusantur ignorantia, quia est crassa nimis: doce enim prius querere socij isti, qui dant tertij super officia aliorum, an talia officia sint onerata, adeo ut non possint recipere plura, & tenentur contractum cognoscere, maxime, cum bulla Pauli Quarti omnibus fuerit publicata; & quamvis ignorantia excuset, id est à peccato, sed non à restituione facienda, cum primum constiterit, illicitum esse talen contractum.

Et est tertia conditio necessaria, ut quando faciunt hanc societatem, dent totum capitale, & non accipiant solutionem anticipatam: solent enim dare quingentos aureos pro sociate, & statim accipere pro fructibus quinquaginta; vnde sicut dant verè, nisi quadringentos quinquaginta.

#### *De alijs tribus speciebus.*

#### C A P V T X L I .

**A**lia est secunda societatis species communis, quia cum multi pecunias suas negotiationi exponunt, ut singuli pecuniam exponant, & simul laborem, industriam in negotiationem necessariam adhibeant. Tali societas licita est, seruatis tribus conditionibus.

Prima est, ut negotiatio sit licita, & non contumaciam.

Secunda, ut singuli exponant ir periculo perdendi de capitali suo, sicut se exponunt lucro. Vnde, quoties aliquis vult lucrum, & non exponere se periculo perdendi, nisi alias incitat contractus, de quo dicemus post, est iniusta societas, ne potest licite acquirere.

Tertia est, ut lucrum proportionaliter diuidatur, proportione pecuniae expositorum, industria, & laborum: minus enim de lucro obuenit ei, cuius capitale minus est. Ita sunt manifesta.

Tertia alia societas est, quando labor, & industria communis non est, sed unus industriam ponit, vel laborem, plus pecuniam: vel unus partem pecuniae, & industriam, alius solam pecuniam.

intam de qua societate, habetur ff. pro socio, l. societatem. Et  
idem licita est, seruatris duobus.

Primum est, ut quisque sit expositus periculo perdendi  
cum capitale; Verbi gratia, qui pecuniam exponit, si for-  
tuna pereat, suo damno pereat, qui ponit laborem & indu-  
striam, si causa nihil lucri obueniat, labore perdat, salua pe-  
cunia alterius.

Alterum est, ut in lucro dividendo computetur quantum  
valeat labor & industria, & quantum etiam periculum hoc  
valeat, quod labor & industria semper perdat, dum nihil est  
certum, ut pecunia non nam salua manere potest: & in hoc bene-  
dictio Nauarr. cap. 17. num. 255. quicquid velit Soto lib. 6. de iust.  
q. 6. art. 1.

Aduerte tamen hic, quod contractui societatis possunt ad-  
dicti alij duo, putat, assecuratio quaedam capitalis: sicut enim  
nisi potest capitalis assecurationem cum tertio facere, ita po-  
test cu' socio, dato iusto assecurationis pretio: potest etiam lo-  
cate fructus, & lucrum pretio conuenienti, vel assecurationem  
tertii facere, & ita sentit Caie. opusc. 16. q. 11. & Nauar. c. 17. num.  
255. quamvis Soto non id recipiat, lib. 6. q. 6. art. vltimo, sed non  
adetur id negandum, dum modo, ut Caiet. dicit, non obliget  
socii ad tales contractus, sed liberum relinquat, sicut & alium  
tertium.

Quarta alia societatis species est animalium, cum aliquis em-  
ittit animalia, & alij dat curanda, reseruata parte lucri, & est  
sita, seruatris quibusdam.

Primò, ut portio reseruata sit iusta: debet enim haberi ratio  
aborum, industriae, & expensarum illorum, quibus animalia  
committuntur.

Secundo, ut animalia pereant ipsi domino, & non ipsis so-  
licitantibus.

Tertio, ut, cum absque negotiatorum culpa, non habetur  
lucrum ex animalibus, quia forte non exponunt ani-  
malia labori, vel alijs negotijs, tunc liberi sint socij

a lucro reddendo Domino. Hæc omnia

sunt clara, & commu-  
nia.

De

